



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XX. De scientia animæ Christi. Et habet art. sex.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

versalem, & quantum ad singularia. Et sic per huiusmodi species anima separata singularia cognoscit. Species autē, quæ sunt acceptæ a sensibus, sunt similes rebus sicut hoc tantum, quod res agere possunt, & hoc est sicut formam. Et ideo per eas non possunt singularia cognosci, nisi forte in quantum recipiuntur in alia potentia utente organo corporali, in qua quodammodo sunt materialiter, & sic particulariter recipiuntur. In intellectu vero, qui est omnino a materia immunis, non potest esse nisi principium universalis cognitionis, nisi forte per quandam reflexionem ad phantasmata, a quibus intelligibiles species abstrahuntur. Quæ reflexio post mortem corruptis phantasmatibus esse non poterit, poterit tamen anima huiusmodi universalis ad singularia applicare, quorum notitiam per aliam cognitionem habet.

Ad primum ergo dicendum, quod anima separata non cognoscit singularia per species, in corpore acquisite, nec per species concreatas: sed per species sibi inditas in separatione, nec tamen oportet, quod tunc species infinitæ infundantur ad singularia cognoscenda, tum quia singularia, quæ ab ea sunt cognoscenda, non sunt actus infiniti: tum quia per unam similitudinem potest a substantia separata omnia individua illius speciei cognosci, in quantum illa similitudo speciei efficitur uniuscuiusque, singularia propria similitudo sicut proprium respectu ad hoc, vel illud individuum, sicut & de angelis dictum est, in quodammodo de angelis, & sicut patet de essentia divina, quæ non solum in individuum unius speciei: sed omnium entium est propria similitudo, secundum diversos respectus ad diversas res.

Ad secundum dicendum, quod species illæ quibus anima separata cognoscit singularia, quæ sunt in se immateriales, & ideo universales: tamen sunt similitudines rei, & quantum ad naturam universalem, & quantum ad naturam singularem. Et ideo nihil prohibet per eas singularia cognosci. Alia concedimus.

QVÆSTIO XX.

De scientia animæ Christi.

In sex articulos divisa.

- ¶ Primo, Vtrum in Christo sit ponere scientiam creatam.
- ¶ Secundo, Vtrum anima Christi videat verbum per aliquem habitum.
- ¶ Tertio, Vtrum Christus scientiam aliam habeat de rebus, quam illam qua cognoscit res in verbo.
- ¶ Quarto, Vtrum anima Christi in verbo sciat omnia, quæ scit verbo.
- ¶ Quinto, Vtrum anima Christi sciat omnia illa, quæ Deus potest scire.
- ¶ Sexto, Vtrum cognitione illa qua anima Christi scit res in propria natura sciat omnia.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in Christo sit ponere scientiam creatam.

3. p. 1. q. 4. 1.



QVÆSTIO Est de scientia animæ Christi. Et primo queritur, vtrum in Christo sit ponere scientiam creatam. Et videtur, quod non. Scientia enim est perfectio scientis: omnis autem perfectio nobilior

est perfectibili, si ergo Christus est sciens secundum aliquam scientiam creatam, aliquid creatum erit anima Christi nobilior, quod videtur inconueniens.

¶ 2. Præter. Operatio non attribuitur nature, sed hypostasi, sunt enim operationes suppositori, & particulari: sed personæ Christi sufficit ad intelligendum scientiam increata. ergo superfluum est in ipso ponere scientiam creatam.

¶ 3. Præter. Quanto aliquid est nobilior, tanto est Deo similior: sed anima Christi est nobilior quam calor corporalis. Cum igitur calor corporalis agat sine medio, & in hoc sit Deo similis, quod sine medio operatur, videtur quod multo fortius anima Christi intelligat, non mediante aliqua scientia creatam. Sed dicendum, quod operatio caloris ab intra procedit, operatio autem scientiæ ab extra, cum sit sicut motum a rebus ad animam. unde non est simile.

¶ 4. Sed contra. In operatione cognoscitiva non solum est receptio, sed iudicium de receptis: quibus autem receptio fit ab exteriori, iudicium tamen ab interiori procedit, ergo operatio scientiæ non omnino est ab exteriori.

¶ 5. Præter. Christus filius Dei non assumpsit aliquam imperfectionem, nisi quæ ad nostram redemptionem valebat: sed imperfectio scientiæ non valet ad nostram redemptionem. ergo imperfectio scientiæ non assumpsit. omnis autem creatura scientia ex hoc ipso, quod creata est, aliquid imperfectionis habet, ergo creatam scientiam non assumpsit.

¶ 6. Præter. Quilibet sapiens si habeat aliquam perfectissimam scientiam, sicut illam semper, & maxime est in actu, sed quicquidque est semper in actu consideratur non sicut perfectissimam scientiam, non indiget aliqua scientia minus perfecta: quia nunquam tamen eam consideraret, & sic frustra esset in eo. sed Christus semper est in actu consideratur omnia sicut perfectissimam scientiam, quæ est scientia increata. ergo in eo non est ponere aliam scientiam creatam.

¶ 7. Præter. Natura non facit per duo, quæ per unum potest facere, & multo minus Deus, qui ordinatus quantum natura operatur: sed Christus poterat fieri sapiens, si solum scientiam increatam haberet, ergo non est factus sapiens scientia creatam.

¶ 8. Præter. i. Corinth. 13. Cū venerit, quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est: plus autem est imperfectio scientiæ creatam in cōparatione ad scientiam increatam, quæ specularis visio in cōparatione ad visionem speciei. Si igitur in rationis perfectione visio fides tollitur, ubi superuenit visio speciei, multo fortius tollitur scientia creatam in Christo, ubi fuit scientia increata.

¶ 9. Præter. Verbum unitum anime est ei magis intimum, quæ intellectus anime nostre, cum sit ei verbum unitum non solum per essentiam, præsentiam, & potentiam sicut ceteris creaturis, & per gratiam sicut illis, sed in ratione persone, sed anima nostra per potentiam intellectum intellegit, ergo anima Christi poterat esse sapiens per scientiam verbi, & ita non indigebat scientia creatam.

¶ 10. Præter. Scientia si est Christus habuit non est sibi data, nisi ad perfectionem eius: sed anima Christi vana verbo, & scientia creatam habens, non est nobilior quæ si soli verbo vniretur sine scientia creatam: quia creatura adiuncta Deo nihil addit bonitatis, sicut nec punctus additus lineæ facit eam maiorem, ergo in Christo non est ponere scientiam creatam.

SED CONTRA, est quod dicitur Luc. 2. Puer Iesus proficiebat sapientia &c. Constat autem quod non secundum sapientiam increatam proficere poterat.

In q6. de cognitione angelorum ar. 10. 10.

rat, quia ille nec proficit, nec deficit, ergo in eo est ponere scientiam creatam.

¶ 2. Præter. Secum Dama. omnia que in nostra natura plantavit Dei uerbum, assumpsit: plantavit autem scientiam creatam, ergo & eam assumpsit.

¶ 3. Præter. Sicut scientia diuina est supra scientiam intellectiuam creatam, ita scientia intellectiuam creatam est supra scientiam sensitiuam: sed scientia sensitiua non tollitur ab eo qui habet scientiam intellectuam creatam, ut patet in homine. ergo scientia intellectiuam creatam potest remanere superueniente scientia intellectiuam increata.

RESPON. Dicendum, quod scientia in Christo est ponere duas naturas, ita & duas scientias, creatam, scilicet & increatam. Quidam autem heretici posuerunt in Christo solam scientiam increatam. Vt autem huius erroris uideamus originem, sciendum est quod quidam unionem diuine & humane nature intellexerunt esse hoc modo factam, quo anima uiuitur corpori, ut scilicet sicut anima est forma corporis, ita diuinitas esset forma humanitatis in Christo. Et ideo quidam considerantes quod si uerbum uniretur corpori Christi, sicut anima corpori nostro, quod posset esse uiuificare sicut anima corpus nostrum uiuificat, posuerunt quod in Christo non fuerunt nisi due substantie, scilicet corpus & diuinitas, que corpus loco anime uiuificabat. Et hic fuit error Eunomii & sequacium eius. Quidam uero attendentes hoc esse diuinitati indignum quod corpori uniretur ut ipsum uiuificans, posuerunt in Christo animam uiuificantem & sensibilem, sensibilem, uidelicet & uegetabilem, non autem intellectualem. Sed dicebant quod ipsum uerbum erat in Christo loco intellectualis anime. Et hic fuit error Appollinaris & sequacium eius. Quo quidem errore supposito planum esset in Christo non esse nisi scientiam increatam. Predictus autem modus intelligendi unionem ad hoc inducit, ut credatur una quadam natura esse diuina & humana confecta, sicut ex anima & corpore non solum fit una hypostasis, sed una natura. Ex quo ulterius sequitur quod utriusque nature ueritas corrumpatur. Cum enim hoc sit de ratione diuinitatis nature, ut sit a rebus, ob. separata quantum ad esse, si ponatur esse alicuius corporis actus a propria ratione decidet. Similiter, si a natura humana abstracta uel anima, uel intellectus uel aliquid eorum, quod ad integritatem nature pertinent, non remanebit ueritas speciei, cum ita sit de rationibus specierum sicut de numeris, ut dicitur in octauo Metaph. in quibus ueritate addita uel subtracta species numeri uariatur. Et ideo secundum predictum errorem Christus nec uerus homo, nec uerus Deus esset. Ad hoc ergo quod Christus uerus Deus & uerus homo sit, oportet in ipso ponere omnia que ad naturam diuinam pertinent, & iterum seorsum secundum rationem nature in eadem persona omnia que speciem hominis constituunt. Et ut non solum uerus homo, sed perfectus sit, oportet in eo ponere omnia, que nobis ad perfectionem necessaria sunt, sicut habitus scientiarum & uirtutum. Sicut autem diuinitas non potest esse actus corporis, ut ea corpus formaliter uiuat, uel rationalis creatura fiat, ita non potest esse actus anime rationalis, ut ea formaliter sit sciens uel uirtuosus, sicut nos per habitum uirtutis uel scientie. Et ideo oportet ponere in Christo scientiam creatam, & uirtutem creatam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod scientia creata est quidem secundum quid anima Christi nobilior, in quantum est actus eius, secundum quem mo-

dum & color eius corpore nobilior est, & quodlibet accidens suo subiecto, prout comparatur ad ipsum sicut actus ad potentiam. Simpliciter autem subiectum est nobilior accidere, & sic anima Christi, propria scientia.

AD II. dicendum, quod quamuis operatio attribuitur hypostasi, ut operanti, tamen attribuitur nature ut operationis principio. operatio autem non recipit speciem ab operante, sed a principio operationis, unde in uno operante sunt diuersę operationes secundum spiritum propter diuersa operationum principia, sicut in homine uidere & audire. quamuis igitur in Christo non sit nisi una hypostasis, tamen est in eo due nature, & ideo due operationes, & oportet Christum esse perfectum ad utramque operationem. Et sic non solum est in eo scientia increata que sufficit ad operationem nature increate: sed scientia creata que exigitur ad operationem nature create perfectam.

AD III. dicendum, quod calor proprie loquendo non agit, sed est medium quo ignis agit. Unde sic se habet ad operationem calefactionis, sicut scientia creata ad actum considerationis.

AD IIII. dicendum, quod quamuis in consideratione scientie sit aliquid quod est ab intrinseco, tamen talis operatio non completur sine eo quod est ab extrinseco, & in hoc dissimilitudo attenditur.

AD V. dicendum, quod quamuis esse creatum sit imperfectum comparatum ad eminentiam diuine operationis, unumquodque tamen in genere suo perfectum est, & sui generis perfectionem quandam requirit. Unde & natura creata in Christo quandam perfectionem habuit creatam, que fuit scientia creata.

AD VI. dicendum, quod Christus semper est in actu considerationis secundum scientiam increatam, sed quia ei due operationes competunt secundum duas naturas, ideo per hoc non excluditur, quin habeat considerationem scientie create.

AD VII. dicendum, quod si Christus haberet tantum scientiam increatam, esset quidam sapiens Deus: sed ut ita dixerim non homo sapiens homo, unde ad hoc quod in humanitate sapiens esset, oportuit quod scientiam creatam haberet.

AD VIII. dicendum, quod uerbum Apostoli intelligitur de perfectione que imperfecti opponitur. Tunc enim perfecto adueniente imperfectum tollitur: perfectio autem diuine scientie non opponitur perfectioni scientie create, cum non sint circa eadem, unde ratio non sequitur.

AD IX. dicendum, quod quamuis uerbum sit magis intraneum anime, quam aliqua potentia eius: prout eam sustinet & in esse conseruat, tamen intellectus uel aliqua alia potentia est magis unum cum anima, quia non solum in persona, sed in natura secundum quod potentia est quedam perfectio ipsius anime, non autem uerbum: unde anima Christi non potest formaliter loquendo intelligere per uerbum sicut per intellectum.

AD X. dicendum, quod quamuis uerbum & scientia creata non sint melius quam solum uerbum, tamen anima unita uerbo & perfecta scientia creata est perfectior, quam si uerbo uniretur sine hoc quod scientiam creatam haberet, quia scientia creata in aliqua habitudine se habet ad animam in qua non se habet uerbum, & ideo ratio non sequitur.

ARTICVLVS II.

Utrum anima Christi uideat uerbum per aliquem habitum.

SECUNDO queritur, utrum anima Christi uideat uerbum per aliquem habitum. Et uideatur non uidere. n. p. habitum est uidere per medium: sed anima Christi uidet uerbum sine medio, ergo non uidet per habitum.

Quæst. dif. S. Tho. GGG ¶ 2. Præter.

D. 216.

Cap. 8. 105.

¶ 2 Præ. Anima Christi in hoc beata est, quod Deum videt, beatitudo autem siue felicitas secundum Philosophum in 1. Ethic. non est secundum habitum, sed secundum actum. ergo anima Christi non videt uerbum secundum habitum.

¶ 3 Præ. Quanto aliquid est simplicius, tanto est Deo proximus; quanto autem aliquid est Deo proximus, tanto est nobilius. Cum igitur anima Christi maxime in hoc nobilitetur, quod Deum perfecte uidet, uidetur quod in illa uisione non accidat aliqua compositio, quod esset si per habitum aliquem sibi compositum intelligeret.

¶ 4 Præ. Anima Christi est nobilior quam angeli, & maxime quantum ad uisionem uerbis; sed angelus non uidet uerbum per aliquos habitus, quia ut dicit Maximus in comm. super 7. c. Cælest. Hierar. non conuenit arbitrari magnum Dion. habitudines in diuinis intellectibus. more accidentium, quemadmodum & in nobis sunt dixisse, & aliud in alio subiecto, ac si qualitatem quandam effectam, accidens enim omne illinc depulsum est. ergo nec anima Christi uidet uerbum per aliquem habitum.

¶ 5 Præ. Anima Christi non potest considerari, nisi uel ut unita uerbo, uel secundum suam naturam; sed in quantum est unita uerbo, non competit sibi uidere uerbum aliquo habitu mediante, quia non unitur uerbo aliquo habitu medio. Similiter nec sibi secundum propriam naturam hoc competit, sicut. n. omne totum est maius sua parte, ita est quilibet parte sua melius & perfectius: sed aliqua pars anime ut intellectus, agens efficit suam operationem nullo habitu mediante, quod uidetur ad nobilitatem eius pertinere, & ita multo fortius anima tota non operatur habitu mediante. ergo nullo modo anima Christi uidet uerbum per aliquem habitum.

¶ 6 Præ. Sicut dicitur gl. Heb. 2. natura mentis humanae qualem Christus assumpsit, nihil post Deum est melius: sed aliqua insensibiles creature sine habitu medio suas operationes produciunt, quod ad nobilitatem ipsarum pertinere uidetur, cum in hoc sint Deo similes. ergo multo fortius anima Christi habet suam operationem absque habitu aliquo, & sic idem quod prius.

SED CONTRA, Nulla potentia passiva potest operari, nisi perfecta per formam sui actiui, cum nihil operetur nisi secundum quod est in actu; sed intellectus possibilis, quo anima Christi intelligebat, erat potentia passiva. ergo non poterat intelligere, nisi per formam sui actiui, hoc est intelligibile perfectas; sed habitus in intellectu non unum aliud esse, quam species intelligibilem in ipso. ergo anima Christi uidebat Deum, & intelligebat aliquo habitu.

¶ 2 Præ. Non decuit quod Dei filius potentiam intellectiuam assumeret, nisi perfectam: perficitur autem potentia actiua per habitum scientiæ. ergo habitualement scientiam assumpsit.

RESPON. Dicendum, quod ad huius questionis euidenciam oportet scire quod est habitus, & ad quod habitibus indigemus. Quatum in primo aspectu apparet, habitus significare uidetur aliquid potentiam superadditum, quo perficitur ad suam operationem. Indiget autem aliqua potentia aliquo superaddito duplici ratione, & propter conditionem nature, & propter rationem ipsius potentiam, nec immerito, cum actio, quae a potentia procedit a natura dependeat, quae est potentiam origo. Ex parte quidem nature indiget potentia aliquo superaddito ad operandum, quando. scilicet operatio talis est, quae facultatem & conditionem nature excedit, sicut conditionem nature hu-

mana excedit, ut ad Deum quasi sociali amore efficiatur quasi hereditatis eius confors, unde ad hanc operationem indiget nostra affectiua potentia habitu charitatis. Ex parte autem potentiam, quae potentia est ad talia obiecta ordinata, quorum nullatenus ex se ipsa potest perfecte actum habere sicut potentia uisua est ordinata ad cognoscendum omnes colores: non fuit autem possibile ut essent in corpore uisuo omnes colores in actu, & ideo aliter est ordinatum, ut scilicet potentiam uisum possit habere ad similitudinem cuiuslibet coloris, & sic in actu progrediatur uisionis. Sciendum tamen est, quod illud, quod additur potentiam, quae loque recipitur in ea per modum habitus, quandoque per modum passionis, quando receptum non immanet recipitur, nec efficitur eius quauitas, sed quasi quodam contactu ab aliquo agente immutatur, & subito immutatur, sicut dicit Philosophus in Predicamentis ubi dicitur, quod habitus non passibilem qualitate, quae quis propter uerecundiam in ruborem subito immutatur. Tunc uero retinetur per modum habitus, quando illud receptum efficitur, quasi conaturale recipienti. Et inde est, quod habitus a Philosopho dicitur qualitas difficile mobilis. Inde est etiam, quod operationes ex habitibus procedentes delectabiles sunt, & in promptu habentur, & facilliter exercentur, quae sunt quasi conaturales effectus. Ea autem quae superadduntur in potentiam sensitiuam, non superadduntur per modum habitus, sed per modum passionis. In potentiam uero intellectiuam autem per modum habitus, quia sensitiua pars agit in finem naturam magis quam agat, intellectiua autem pars est in sui actus, & ideo competit ei habere promptitudinem ad actus, ut possit operari cum libet. patet igitur ex predictis, quod potentiam perfectorum est, quae recipitur per modum habitus, quae si recipitur per modum passionis solum. Et ideo illud superadditum est anima Christi, oportet ibi ponere per modum habitus. Et utraque autem predictarum rationum, oportet in anima Christi ponere aliquid superadditum. Rationem quidem nature, quae uidere diuinam essentiam est superadditio eiuslibet nature create. Vnde nulla creatura potest ad hoc pertinere, nisi aliquo lumine eleuata illa beata uisione. Quod quidem lumen in aliquo accipitur per modum passionis, quasi per rationem, ut in baptis in Christo autem fuit, ut habitus ipsa anima Christi beatificans a principio sua creationis. Rationem uero potentiam, quia intellectus anime humane est in potentia ad omnia entia. Impossibile est autem esse aliquid ens creatum, quod sit perfecte actus, & similitudo omnium entium, quia sic in fine possideret naturam entitatis. Vnde solus Deo per se ipsum sine aliquo addito, potest omnia intelligere. Quilibet autem intellectus creatus intelligit per aliam speciem superadditam: uel acquisite, sicut in nobis accidit uel concreatas siue in suis, sicut in angelis. Et quod quidem angelis competit ex conditione nature, hoc multo excellentius anima Christi fuit collatum plenitudine gratie, ut omnium rerum species inditas se haberet a sui creatione. Sed media tibi habet speciem non cognoscebat uerbum, sed solummodo res creatas. Sic igitur est dicendum, quod anima Christi in cognitione, quae uerbum uidebat, indiguit habitu quodam lumine, non ut per quod fieret aliquid intelligibile actus, sed ut per quod eleuaret intellectus creatus in id, quod est supra se. Quod uero ad cognitionem aliarum creaturarum habitus superadditum, quod est collectio specierum ordinatarum ad cognoscendum, quod anima Christi uidet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod anima Christi uidet.

videt uerbum sine medio, qd sit similitudo rei ui-
se, sicut species in oculo est similitudo uisibilis,
uel sicut speculum est similitudo rei specularæ:
non autem uidet sine medio quod sit dispositio ui-
dentis, & sic non ualeat ratio prædicta.

Ad II. dicendum, qd cum dicitur felicitas nō est
in habitu, intelligendū est de habitu de quo non
procedit actus. Qui n. est in habitu & non in actu,
similis est dormienti; oportet autem quod actus il-
le, in quo felicitas consistit, ab habitu aliquo pro-
grediatur secundum sententiam Philosophi; alias
operatio non esset delectabilis & perfecta.

Ad III. dicendum, qd sicut Dion. in 5. c. de Diui,
nomi. aliter est in participationib. & in participan-
tib. participatioes. n. quanto sunt simpliciores, tā-
to nobiliores, sicut dicitur esse, quam uicere, & uicere
quā intelligere, ut fiat cōparatio inter eē & uicere,
separato p̄ intellectu eē a uicere. In participantib.
autē quāto aliqd magis est cōpositū, nō dico cōpo-
sitione materiali, sed p̄ receptionē pluriū participa-
tionū, tanto est nobilior: q̄ tanto in pluribus Deo
similatur, & h̄mō iasimilitudo eē nō p̄t nisi p̄ ali-
qua a Deo acceptā: Vñ & aīa, quā supra naturam
suam habet habitus perfectientes, nobilior est.

Ad IIII. dicendum, qd uerbum Maximi intelligē-
dum est de accidentib. separabilib. & peruenientib.
ad naturam: quia si huiusmodi accidentia habe-
rent, essent mutabiles, & non immateriales, & per
se stantes essentia. Vnde subiungit, si n. hoc eē nō
uicq; maneret in semetipsa horum essentia. Et cō-
cludit habitudines ergo corū, atq; uirtutes sunt eis
essentiales propter immaterialitatem. & appellat est
sentiale id, quod nunquam essentiam relinquit.

Ad V. dicendum, qd uicō in Christo non termi-
natur ad operationem: sed ad esse. Et idē aīa in quā-
tum est corpori unita non cōpetit, uel uidere uer-
bum, uel aliqua operatio: sed solum esse, in hypo-
stasi uerbi immediate loquendo. Conueniunt autē
h̄ operationes rōne suarum potentiarum, & sicut
nature, quamuis autē tota anima perfectior sit quā
intellectus agens; non tamen qualibet alia potētia
anima. est nobilior intellectu agente. Vnde non
oportet, quod si intellectus agens nō indiget habi-
tu, quod intellectus possibilis non indiget. Qd n. D
intellectus agens habitu non indiget ad sui ope-
rationem, est hoc contingit, quod intellectus agēs ni-
hil recipit ab intelligibilibus: sed magis formam
suam eis tribuit, faciendo ea intelligibilia actui in-
tellectus autem possibilis cōtrario se habet.

Ad VI. dicendum, quod potentia naturales sūt
determinatæ ad unum, & ideo per seipsa possunt
in sua obiecta, nec indigent aliquo superaddito ad
agendum; potentia autem rationales ad multa se
habent, & hoc ad earum nobilitatem spectat; &
ideo non est simile.

ARTICVLVS IIII.

Utrum Christus scientiam aliam habeat, quam illam
qua cognoscit res in uerbo.

TERTIQ. queritur, utrum Christus scientiā aliā
habeat quam illam, qua cognoscit res in uer-
bo. Et ut quod non, quia, ut dicitur 1. Cor. 14. Cum
uenerit quod perfectum est euacuabitur &c. scien-
tia autē, qua nunc res in seipsis cognoscimus expar-
te est, ut ibidem dicitur. ergo adueniente perfecta
scientia gloriæ euacuabitur sicut expressio uidetur
uelle Apostolus; sed in Christo fuit cognitio glo-
riæ ab initio suæ conceptionis; qua. i. cognouit
res in uerbo, ergo non habuit aliam scientiā de re-
bus. Sed dicendum, qd scientia euacuatur adueniē-

A te gloria, non quantum ad scientiam: sed quantum
ad modum, quo nunc intellectus inquirendo, &
conuertendo se ad phantasmata speculatur.

¶ Sed contra, modus iste est de essentia scientiæ,
ablato enim aliquo essentiali nō potest rei substā-
tia remanere, ergo non potest ipsa secundum suā
substantiam remanere, modo isto cessante.

¶ Præter. Secundum Phil. in 2. Eth. omnes habitus
ex actibus acquisiti, reddunt similes actus illis acti-
bus, ex quibus acquisiti sunt; sed scientia, quā nunc
habemus acquisita est ex talibus considerationib.
quibus ad phantasmata conuertimur, & procedi-
mus conferendo, ergo non potest talis scientia ni-
si tales actus reddere, frustra ergo remaneret scien-
tia, tali modo scientiæ cessante.

¶ 4. Præter. Impossibile est duas formas eiusdē sp̄s
in uno, & eodem subiecto esse; sed anima Christi
uidens res in uerbo habet similitudines rerū quas
uidet, cum nihil uideatur nisi per suā similitudi-
nem, ergo non est possibile, quod eandem rerū
hēat alias similitudines: & ita non potest esse alia scia
in Christo, nisi illa qua cognoscit res in uerbo.

¶ 5. Præter. Scientia ponit in anima Christi propter
eius perfectionem: sed anima Christi ex qua uidet
res in uerbo & uerbum ipsum, non est perfectior,
uel minus perfecta, siue habeat aliam scientiam, si-
ue non, ergo non est in eo ponere aliam scientiam
probario media est per Aug. qui dicit in 4. Conf.
infelix homo qui scit omnia illa scilicet creaturas,
Cōse autem nescit, beatus autem qui te scit, etiam si
illa nesciat, qui autem te & illa nouit, non propter
illa beator, sed propter te solum beatus.

SED CONTRA; Christus fuit angelis perfectior,
ut probat Apost. Hebr. i. sed angeli præter cogni-
tionem rerum, quam habent in uerbo, habent rerū
cognitionem in propria natura, ut patet per
Aug. super Gen. ad literam, ergo multo fortius aīa
Christi præter scientiam rerum, quam habet in uer-
bo, scit res in propria natura.

¶ Præter. Nulla naturalium perfectionum Christo
debit deesse; sed naturalis perfectio anime huma-
næ est, ut cognoscat res in proprio genere, ergo ra-
lem scientiam Christus de rebus habuit.

RESPON. Dicendum, quod sicut prius dictum
est, perfectio supernaturaliter conueniens Christo
non excludit naturalem eius perfectionē, sicut uir-
ta increata non excludit animam uiuificantem.
Cognitio autem qua anima Christi cognoscit uer-
bum, & res in uerbo, est supernaturalis, ut dictum
est, unde per hoc non excludit, quin anima Chri-
sti habeat omnem perfectionē naturalem. Cuius-
libet autem existentis in potētia perfectio natura-
lis est, ut in actum educatur: intellectus autem pos-
sibilis naturaliter est in potētia ad intelligibilia.
Vñ antequam in actum reducat est imperfectus
perfectitur autem cum in actum redigitur, ut rerū
notitiam habeat. Et ideo quidam philosophi atten-
dentes naturalem perfectionem hoīs, dixerunt ul-
timum felicitatem hominis in hoc consistere, qd
in aīa hoīs deseribatur ordo totius uniuersi, habuit
ergo Christus hanc perfectionem; ut per scientiā
sibi diuinitus infusam, res in propria natura cogno-
sceret, multo fortius quam homo in statu innocē-
tiæ, uel angeli secundum cognitionem naturalem.

AD PRIMVM ergo dicēdū, qd circa scientiam est
duplex opinio. Vna qd scia hic acquisita remaneat,
quantū ad essentia habitus, sed tollatur modus, quo
hic scia utimur. Et sicut hanc procedit responsio il-
la, que tacta est in obiciendo: tū oportet addere,
Quæst. dis. S. Tho. GGG 2 quod

In priorib.
cto. 5.

In 5. confel.
c. 4. in prin.
ro. 1.

C. 2. & li. 2.
c. 3. to. 3.

Ar. preced.

Ca. 2. re.
p. 1. 2.

D. 559

quod cum Christus esset cōprehensor, & viator, ha-
buit vtrumq; modum considerandi, vñū quo an-
gelis conformabatur, vt sine discursu consideraret.
Alium quo p̄ conuersionē ad phāsmata, quod
quidē Christo propriū est, ut, s. vtrumq; modū ha-
beat, cui competit esse cōprehensōrē, & viatorem
simul. Alia vero opinio est, quod s̄m̄ essentiam ha-
bitus sciētia hic acquisita euacuetur. Et secundum
hanc (quamuis non credā eam esse veram) pōt̄ res-
ponderi quod anima Christi d̄ non habuit scien-
tiam a sensib. acquisitam sed infusam, qualē angeli
habent per species concreatas, & talem scientiam
constat in angelis remanere cum gloriā visione.

D. 128.

Ad 11. Dicendum, q̄ modus iste cognoscendi
non est essentialis ex parte sui: sed ex parte obiecti,
cui s̄m̄ statum viā talis modus intelligendi cōpe-
tit, hoc autem p̄ se solum essentialē est sciētiā se-
cundum seipsam, ut per eam scibilia cognoscant.
Et ideo quando variat status subiecti variatur mo-
dus cognoscendi, non tamen habitus sciētiā.

D. 45.

Ad 111. Dicendum, q̄ vnus actus potest dici al-
teri similis dupliciter. Vno modo quātum ad spe-
ciem actus quam trahit a materia circa quam est,
& sic habitus acquisitus semper reddit actum simi-
lem illi actui a quo generatus est, sicut fortia faciē-
do efficitur aliquis fortis, & fortis efficitur, fortia
facit. Alio modo quantum ad modum qui sequit̄
dispositionem subiecti, & d̄ sic non oportet actus
p̄dictos esse similes. Cōstat. n. quod actus ex quib; H
fortitudo politica acquiritur, sunt actus cum tristi-
tia, & sine delectatione effecti. Actus autem qui se-
quuntur habitum, sunt faciliores & cum delecta-
tione, vel saltem sine tristitia. Ita videmus in scien-
tia quod homo in considerando aliquid acquirit
scientiam illorum, & sciens illa pōt̄ cōsiderare ea-
dem, tñ alio modo quam ante, quia iā non inquit,
sed contemplatur, quod prius inquisiuerat. Et
sic nihil prohibet actus, qui redduntur ab habit-
ibus in statu gloriā, habere alium modum.

4. de angel.
cognitione.
art. 5.

D. 274.

Ad 1111. Dicendum, q̄ anima Christi, & qua-
libet alia anima, non habet alias similitudines eo-
rum quæ cognoscit in verbo quam ipsū verbū,
quantum ad hoc, quod in verbo cognoscere dici-
tur, quamuis ex hoc quod in verbo videt, possit si-
bi formare similitudines eorum quæ videt, sicut
qui videt aliquid in speculo, videt rem per formā
speculi. Dicitur est autem de hoc plenius in qua-
stione de angelis.

Art. p̄zce.

8. par. q. 6. 10.
art. 2.

Ad v. Dicendum, quod beatitudo hominis cō-
sistit in cognitione Dei, d̄ non autem in cognitio-
ne creaturarum. Vnde non est aliquis beator pro-
pter creaturarum cognitionem; sed solum pro-
pter cognitionem Dei. Nihilominus tamen ipsa
creaturarum cognitio ad perfectionem animæ
naturalem pertinet, vt dictum est.

ARTICVLVS IIII.

Q̄ritur an anima Christi sciat in verbo omnia, quæ scit verbū.

Q̄uarto quaeritur, utrum anima Christi sciat
in verbo omnia quæ scit verbū. Et vs̄ quod
non. Deus enim scit infinita, ut dicit August. sed
anima Christi non potest scire infinita, cum sit fi-
nita. ergo anima Christi non potest cognoscere
omnia in verbo, q̄ scit Deus. Sed dicendum, quod
anima Christi ex unione ad verbum cōfortatur,
ut infinita possit cognoscere.

¶ 2 Sed contra, Operatio animæ Christi exit ab ea
nō mediāte verbo, sed mediāte potentia propria.
Potentia aut̄ eius nō est infinita, cū essentia eius sit
finita. ergo nec operatio eius pōt̄ se extēdere ad infi-

nita cognoscēda, q̄ quis verbū cui vnū, sit infinitū.
¶ 3 Pr̄t. In vnione humane & diuine nature, ut
dicit Damasc. quod increatum est, manū in crea-
tum: & quod creatum mansit creatum: sed cuius-
libet creati & capacitas & actiō est finita. ergo ex vn-
ione verbū ad animam Christi, non habuit ani-
ma Christi, quod possit cognoscere infinita.

¶ 4 Pr̄t. Verbo, quia infinitum est, conuenit non
solum cognoscere infinita: sed cōprehendere infi-
nitum. s. Deum. si igitur ex unione ad verbum hoc
habuit anima Christi quod possit cognoscere infi-
nita, pari ratione ex eadem unione habuit, quod
possit cōprehendere Deum, quod falsum est.

¶ 5 Pr̄t. Operatio illa qua aia Christi infinita cogno-
scebat, aut erat creator, aut creatura. ergo
creator a creatura procedit, q̄ est creatura. ergo
creator a creatura procedit, q̄ est creatura. ergo
autē est creatura, omnis autē creatura est finita. ergo
operatio illa est finita. ergo per eā infinita non
cognoscunt. Sed dicendum, quod quāuis illa ope-
ratio sit finita, habet tamen respectum ad infinita.
¶ 6 Sed contra, Illa relatio quæ ad infinita referatur,
aut est creatura aut creator, & procedere potest
eodem modo, ut supra dictum est.

¶ 7 Pr̄t. Si anima Christi scit infinita, cum omne
quod cognoscitur per aliquam speciem cognosca-
tur, aut cognoscit illa infinita per speciem finitā,
aut per speciem infinitam: sed non per speciem infi-
nitam, quia nulla spēs creata est infinita. Si autem
per finitam, finita vero species nō est infinitum
ratio: ideo impossibile erit quod anima Christi
finita cognoscat. Sed dicendum, quod species qua
cognoscit anima Christi, quamuis sit creata, ha-
bet tamen ex unione verbi Dei quod sit infinitum
ratio cognoscendi.

¶ 8 Sed cōtra, Vnio verbū nō eleuat creaturā ultra
terminos creaturæ: quod enim est creatum, nō
mō potest fieri increatum: sed hoc est ultra terminos
creaturæ, q̄ aliquid sit infinitum. ergo ad hoc
non eleuatur per unionem aliqua species creata.

¶ 9 Pr̄t. Id̄ dicit quod homo assumptus non
æquatur verbo, neque in scientia, neque in alio
aliquo. ergo nec in numero scitorum. ergo d̄c.

¶ 10 Pr̄t. Dnas quantitates æquales secundū l̄gē
tudinem, quamuis secundū latitudinē in æquales,
possimus dicere aliquo mō æquales: sed sicut dicitur
tur quantum esse magnum pluribus dimensionā-
bur, ita scientia d̄ esse magna ex diuersis dimensio-
num propter multitudinem scitorum, tum propter
claritatem cognitiois. Si igitur sciētia animæ Christi
æquatur scientiā diuinā in numero scitorum,
quamuis nō in limpiditate vel claritate cognitio-
nis, poterit dici quod scientia animæ Christi sit æ-
qualis aliquo modo diuine sciētiæ, quod videtur
ab absurdum, ut creatura in aliquo æquetur creatori.

¶ 11 Pr̄t. Christus cum natura nra assumptis na-
turales defectus, qui non impediunt sine a sum-
ptiois, s̄m̄ redemptionem: sed nesciētia multo-
rum rerum numquā impediuiset redēptiois
nostram, ut patet si Christus nescisset quod lapilli
sunt in fundo alicuius fluminis. ergo non est d̄cē-
dum q̄ Ch̄s oia scierit. Sed dicendum, q̄ quāuis
talium cognitio nō inuet ad finē nre redēptiois
tñ horum nesciētia impediret Ch̄i perfectio-
nem.

¶ 12 Sed contra, Sicut nesciētia repugnat perfec-
tioni animæ, ita fames & sitis perfectio-
nis: sed Christus assumpsit famē, & sitim propter
hoc q̄ non obuiabant nre redemptioni. ergo p̄
rōne multorum nesciētiā assumere debuit.
¶ 13 Pr̄t.

13. Amb. dicit ois natura suis certis limitib' comprehenditur: sed nullum tale se extendit ad infinita. ergo anima Christi non cognoscit infinita.

14. Pret. Sicut scientia d' esse infinita extensione, in quantum infinita cognoscit, ita intensioe in quantum in infinitum limpide cognoscit: sed anima Christi non fuit infinita intensioe; quia sic in limpitudine equaretur diuine, scientia. ergo nec fuit infinita extensione. ergo nec sciuit infinita, nec omnia que Deus scit.

15. Pret. Vno infinito cognito possibile est infinita cognoscere, quia Deus sua essentia que est infinita, cognoscit infinita; sed anima Christi uidet uerbum quod est infinitum, & per uerbum uidet alia. ergo potest scire infinita.

16. Pret. Coloss. d' quod in Christo placuit omnem diuinitatis plenitudinem habitare: sed hoc non esset, nisi haberet omnium notitiam, quae Deus nouit. ergo anima Christi scit omnia, que Deus scit.

17. Pret. Quicquid alicui creaturæ communicari potest, anime Christi cōicatum est, sed habere notitiam omnium est creaturæ cōicabile, quia secundum philosophum intellectus possibilis est in potentia ad omnia intelligibilia. ergo anima Christi cōmunicatum est, ut omnia uideret in uerbo.

RESPON. Dicendum, quod ad euidentiā huius questionis oportet intelligere, quid est dictū aliquid in uerbo uidere. Sciendum ergo quod nihil potest uideri in aliquo, nisi illo modo quo est in illo. Contingit autē aliqua multa esse in uno dupliciter. Vno modo diuisim & pluraliter, sicut plures formæ resplendent in speculo unaquæque diuisim, & sicut plures hoies sunt in domo. Alio modo uniformiter & simpliciter, sicut plures esse d' sit uirtute in cā, ut cōclusiones in principio, & mēbra in femine. Quicquid igitur aliquid intuet cōsequens est, ut illa uideat q̄ in eo sūt multipliciter & diuisim, eo q̄ unumquodq; eorū ita offert, sicut & illud unū in quo continentur. Et pro tanto q̄ uidet speculū uidet formas in speculo resplendentes: sed q̄ uidet aliquid unum, non oportet quod omnia uideat, q̄ in eo sunt uniformiter, siue unite, nisi quando totam uirtutem illius unius comprehendit: sicut qui uidet aliquod principium, non oportet quod uideat omnes conclusiones uirtute in eo existentes, nisi forte illud comprehendat. Res autem creatæ sunt in Deo, non quidem multipliciter; sed unite, ut Dion. dicit. Vnde cum d' res esse in Deo magis assimilatur illi modo, quo effectus sunt in causa & conclusiones in principio, quam modo illi, quo formæ sunt in speculo. Et ideo non oportet, quod quicumque uidet uerbum, uideat oīa, q̄ uerbum in seipso uidet, ut qdam dixerūt, asserentes exemplum de formis, q̄ uident in speculo uiso. Ipsum uerbum se cōprehendit. vñ oīa, q̄ in eo virtualiter & unite sunt, cognoscit se uident. Intellectus autē creati, qui uerbum non comprehendunt, non oportet quod uideō uerbū omnia uideat, q̄ in uerbo sunt: sed tñ in hoc anima Christi maiori progatiua gaudet, quam intellectus aliquis creatus, uidet. n. in uerbo omnia præsentia, præterita, & futura. Cuius rō est, quia cum Deus sit principium omnium rerum & finis, duplex habitudo ipsius ad creaturas inuenit, una scdm quā omnia a Deo procedunt in esse: alia secundum quā ad eū ordinantur, ut in finē, quædam per uia assimilationis unī, sicut irracionales creaturæ, quædā uero tam p uia assimilationis quam pertingēdo ad ipsam diuinā essentiam. Cuiuslibet. n. creaturæ procedēt a Deo inditum est, ut in bonum tendat per suam operationem. In cuiuslibet autem boni consecutione creatura Deo assimilatur: sed creaturæ rationales super hoc hnt, ut ad ipsum Deum cognoscendū, & amādū sua operatione pertingant. Vnde p ceteris creaturis beatitudinis sunt capaces. In utraque autē prædictarū habitudinū inuenit creaturas creatōr excedere. Quantum ad primam quidem, quod sup omnia quæ Deus fecit, adhuc possit alia dissimilia facere & nouas species & noua genera, & alios mūdōs, nec unquā id qd factum est, facientis uirtutē adæquare pōt. Quantum uero ad secundam, quia creatura quantumcūq; fiat boni particeps, nunq̄ tamen pertingit ad hoc quod Dei bonitatē adæquet. Quantumcumq; etiā creatura rōnalis Deū cognoscat & amet, nunq̄ tamen ita perfecte eum cognoscit & amat, quantum ipse cognoscibilis & diligibilis est. Sicut autē creaturæ imperfecte essent, si a Deo procederent & ad Deum non reordinarent: ita imperfectus esset creaturati a Deo exitus, nisi reditio in Deum exitū adæquaret. Et ideo una queq; creatura, quantumcumq; participat de esse, tñ participat de bonitate. Vnde & oportet, ut excellentissimi intellectus creati Deū cognoscat, ut eorum cognitio adæquet processui creaturarū a Deo: procedunt autē res a Deo & p uiam naturæ, & fm ordinem gratiæ. Vnde intellectus creati, q̄ sūt in summo creaturarum constituti fm cōdōnem naturæ, omnium naturalium in Deo & ex Deo cognitionē accipiunt. s. angeli: Christus uero constitutus super oēm creaturam est ēr quantum ad dona gratiæ, quia de plenitudine eius oēs accepimus, Io. 1. Et ideo ipse accepit cognitionē omnium eorum, q̄ a Deo fm quodcumq; ipsi pcedunt, nō solum secundum ordinem naturæ: sed secundum ordinem gratiæ. Sic igitur anima Christi oēs creaturas, non solum quantum ad naturales proprietates, quod & angeli hnt, sed secundum quod substat diuinæ prouidentia ordinata in finem salutis humanæ, & donorum gratiæ. Et ideo scit omnia singularia, & omnes singulares actus omnium, & cordis abscondita, quod de nulla alia creatura dicere oportet. Et quia non ptingit ad comprehendēdam ipsam diuinam infinitatem, ideo remanet Deo facultas ad huc multa alia faciendi quam ea, quæ anima Christi cognoscit.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ huic rationi cōiter responderetur, quod Deus scit quædā scientia uisionis. s. quæ sunt, erunt, vel fuerunt, & hæc non sunt infinita, supposito principio & fine mūdī, quæ quidem Deus sola dicitur uisione uidere, quia uisio eorum est, quæ in se subsistunt extra intellectum uidentis: quædam uero scit scientia simplicis intelligentiæ, scilicet illa quæ potest facere; quamuis nunquam sint futura, & hæc sunt infinita. Et dicitur illa intelligere ea ratione, qua intellectus potest sibi formare quidditates eorum, quæ extra eum non existunt. Anima igitur Christi uidet in uerbo omnia præsentia, præterita, & futura, a non tamen quæcumq; Deus pōt facere, & sic non sequitur, quod sciat infinita. Sed ista responsio non soluit vim rationis. Supposito enim, quod generatio in futuro in infinitum duraret, qd Deus facere posset, constat quod infiniti homines essent futuri, & omnes Deus cognosceret scientia

Quæst. dist. S. Tho. GGG 3 uisio

A tur, ut in finē, quædam per uia assimilationis unī, sicut irracionales creaturæ, quædā uero tam p uia assimilationis quam pertingēdo ad ipsam diuinā essentiam. Cuiuslibet. n. creaturæ procedēt a Deo inditum est, ut in bonum tendat per suam operationem. In cuiuslibet autem boni consecutione creatura Deo assimilatur: sed creaturæ rationales super hoc hnt, ut ad ipsum Deum cognoscendū, & amādū sua operatione pertingant. Vnde p ceteris creaturis beatitudinis sunt capaces. In utraque autē prædictarū habitudinū inuenit creaturas creatōr excedere. Quantum ad primam quidem, quod sup omnia quæ Deus fecit, adhuc possit alia dissimilia facere & nouas species & noua genera, & alios mūdōs, nec unquā id qd factum est, facientis uirtutē adæquare pōt. Quantum uero ad secundam, quia creatura quantumcūq; fiat boni particeps, nunq̄ tamen pertingit ad hoc quod Dei bonitatē adæquet. Quantumcumq; etiā creatura rōnalis Deū cognoscat & amet, nunq̄ tamen ita perfecte eum cognoscit & amat, quantum ipse cognoscibilis & diligibilis est. Sicut autē creaturæ imperfecte essent, si a Deo procederent & ad Deum non reordinarent: ita imperfectus esset creaturati a Deo exitus, nisi reditio in Deum exitū adæquaret. Et ideo una queq; creatura, quantumcumq; participat de esse, tñ participat de bonitate. Vnde & oportet, ut excellentissimi intellectus creati Deū cognoscat, ut eorum cognitio adæquet processui creaturarū a Deo: procedunt autē res a Deo & p uiam naturæ, & fm ordinem gratiæ. Vnde intellectus creati, q̄ sūt in summo creaturarum constituti fm cōdōnem naturæ, omnium naturalium in Deo & ex Deo cognitionē accipiunt. s. angeli: Christus uero constitutus super oēm creaturam est ēr quantum ad dona gratiæ, quia de plenitudine eius oēs accepimus, Io. 1. Et ideo ipse accepit cognitionē omnium eorum, q̄ a Deo fm quodcumq; ipsi pcedunt, nō solum secundum ordinem naturæ: sed secundum ordinem gratiæ. Sic igitur anima Christi oēs creaturas, non solum quantum ad naturales proprietates, quod & angeli hnt, sed secundum quod substat diuinæ prouidentia ordinata in finem salutis humanæ, & donorum gratiæ. Et ideo scit omnia singularia, & omnes singulares actus omnium, & cordis abscondita, quod de nulla alia creatura dicere oportet. Et quia non ptingit ad comprehendēdam ipsam diuinam infinitatem, ideo remanet Deo facultas ad huc multa alia faciendi quam ea, quæ anima Christi cognoscit.

D. 1315.

visionis. Vnde si aia Christi sciret oia, quæ Deus
 scit scientia visionis, sequeretur quod sciret oia quæ
 Deus facere potest: quia Deus præter infinita individua
 harum specierum finitarum potest facere infinitas alias
 species, & in singulis speciebus infinita individua,
 sicut patet præcipue in proportionibus numero-
 rum. Si enim in vna specie proportionis accipiantur in-
 diuidua in infinitum multiplicabuntur, utpote in
 specie dupli est proportio duorum ad unum, qua-
 tuor ad duo, sex ad tria, & sic in infinitum. & ideo
 super proportionem dupli est alia species, triplum
 & dimidium, & quadruplum, & dimidium, quin-
 tuplum, & sic in infinitum: & tñ unaquæque illarū
 continet individua infinita potetia. Vnde si gene-
 ratio futura in infinitum fm has species, q̄ nunc
 sunt finita duraret, adhuc plura Deus posset face-
 re: quia posset facere novas species, & hoc in infini-
 tum. Et sic patet quod non est eiusdem rōnis dice-
 re animam Christi cognoscere infinita, & cognosce-
 re omnia quæ Deus potest facere. Itē Deus cognosce-
 do scientia visionis oēs creaturas cōprehēdit eas,
 & sic scit quicquid est in creaturarū potetia. In po-
 tentia autē creaturarū est infinitū: sicut patet in diui-
 sione continui, & augmētō numerorum. vñ cum
 anima Christi creaturas cōprehēdat, scit infinita q̄
 sunt in creaturis in potentia. Et præterea si animæ
 damnatorum sunt perpetue, & in eis cogitationes
 erunt volubiles, quarum nullā Deus ignorat, De-
 nunc scit scientia visionis infinita futura. Vñ si ani-
 ma Christi sciat oia, quæ Deus scit scientia visionis,
 oportet dicere q̄ sciat infinita. Et ideo aliter dicen-
 dum, q̄ in rebus inuenimus aliquid quod simpli-
 citer est, & modis omnibus infinitum, sicut Deus:
 aliquid autē quod est modis omnib⁹ finitum, sicut
 res materiales: aliquid autem quod est modo quo-
 dam finitum, & modo quodam infinitū, sicut quæ
 libet substantia immaterialis. Est quidem finita in-
 quantum habet esse limitatum ad propriam natu-
 ram, eo quod nulla creata substantia quamuis im-
 materialis est esse suum, sed esse participat: est tñ in
 finita per remotionem illius terminationis secun-
 dum quā forma terminatur ex hoc ipso, q̄ in ma-
 teria recipit, cū oē receptū sit in recipiēte p̄ modū
 recipientis. fm igitur quod aliqua res est infinita,
 secundum hoc per suam actionem comparatur ad
 infinitum. Illud enim quod est infinitum secundum
 esse, & propter immaterialitatem, ut Deus, & pro-
 pter operationem suam, comparatur ad infinitū,
 & secundum materiam siue quantitatem, & secun-
 dū naturā speciei, vel generis. Vnde Deus potest
 cognoscere infinita individua & infinitas species: quia
 cognoscit omnia quæ potest facere, & potest in infini-
 tum novas species facere. Et præter hoc cum aliqd
 secundum hoc agat, quod est actū, sicut esse Dei est
 infinitum, ita, & eius actio habet efficaciam infini-
 tam. Res autē materialis neutro modo hēt opera-
 tionem ad infinita, nec scit ad infinita secundū quan-
 titatem, vel materiam, nec ad infinita secundū spe-
 ciem: sicut patet in visu, qui est virtus quedam ma-
 terialis. Et ideo non potest quamlibet speciem co-
 gnoscere, sed determinatam, scilicet colorem, nec potest
 infinita cognoscere, nisi per successione, eo quod
 cum sit materialis, actio eius materialis est, & attin-
 git ad ea, quæ sunt infinita secundum quantitatem
 continuam, vel discretam, quæ est infinitas mate-
 rialis eo modo quo sunt infinita, scilicet materia-
 liter numerando partem post partem. Et ideo im-
 possibile est, quod vniquam perueniat ad cogni-
 tionem infinitorum indiuiduorum. Et quia intel-

lectus noster in statu isto a sensu accipit, inde est
 quod nec ipse infinita hoc modo cognoscere po-
 test. Substantia vero immateriales, quæ sunt quo-
 dammodo infinitæ, & quodammodo finite, quia
 esse finitum habent, oportet quod earum operatio
 & sit efficacie finite, & cōparet ad naturā finitā:
 quia vero immateriales sunt, ideo earum operatio
 se extendit ad infinita materialiter. vñ intellectus
 noster, ut dicitur in 3. de Anima ostendit
 tur quodammodo infinitus in quantum cognoscit
 vniuersale in quo infinita singularia cognoscuntur:
 sed in hoc deficit, q̄ species vniuersalis quæ intelle-
 ctus apprehendit, utpote hoīs, non est perfectior
 cognoscendi quodlibet singulare in sua singulari-
 tate. Si autē esset, tunc intellectus noster daret quod
 essent infiniti homines, tamen cognosceret infini-
 tam materialiter per vnam naturam finitam, quæ est
 humana natura. In infinitis enim hominibus, quam-
 uis sit infinitum secundum quantitatem, vel mate-
 riam, nō tamen est infinitum secundū spēm, quod
 patet ex hoc quod adhuc extra infinitos homines
 possunt esse alie species: proprium autem obiectū
 intellectus est natura speciei, non autem materia.
 Similiter qui cognosceret per animalis naturam
 oēs species animalis in sua specialitate, daret quod
 species animalis essent in actu infinitæ, adhuc co-
 gnosceret infinitam speciem: sed finitam naturā,
 quia præter naturam animalis adhuc est natura le-
 pidis, ita cum anima Christi cognoscat verbum,
 quod est sufficiens rō cognoscendi oia indiuidua
 in sua singularitate, & oēs spēs i sua spālitate nihil
 prohibet, quis sint infinita secundū esse, q̄ cognoscat
 infinita, non tñ cōprehenderet naturā infinitam.
 Ad II. Dicendum, quod ex unione ad verbum
 anima Christi nō eleuatur ultra limites creature.
 Vnde nec fit infinita nec habet virtutem infinitā,
 nec eius operatio est infinita per se: quamuis infini-
 ta cognoscat, cognoscit enim illa infinita finita
 efficaciam. vnde non remanet infinita nisi mate-
 rialiter.
 Et per hoc patet solutio ad tertium.
 Ad III. Dicendum, q̄ comprehensio infiniti nō
 potest esse nisi per actionē, quæ sit efficaciam infinitā.
 Tunc enim ipse Deus comprehenditur ab intellectu
 aliquo, quando intellectus tantam hēt efficaciam
 in intelligendo, quantum habet Deus in intelligen-
 do. vnde non potest comprehendere, nisi ab intelle-
 ctu increato: sed cognitio infinitorum non requirit
 efficaciam infinitam in operatione intellectus, sicut
 ut ex dictis patet, & ideo ratio non sequitur.
 Ad V. & sextum patet solutio ex dictis.
 Ad VII. dicendum, quod anima Christi cogno-
 scit infinita modo prædicto per speciem increatā,
 i. per ipsam diuinam essentiam, quæ quidem cum
 infinita sit nihil prohibet quin sit infinitorum rō.
 Ad VIII. patet responsio ex dictis.
 Ad IX. dicendum, quod homo assumptus non
 equatur in numero scitorem, quamuis sciat infini-
 ta: quia adhuc non sequitur quod sciat oia illa
 quæ Deus potest facere, ut ex dictis patet: dato et̄ q̄
 oino sciret omnia quæ scit verbum, adhuc nō
 equaretur in numero scitorū quātū ad modū scien-
 di, quamuis esset æqualis numerus vtriusque.
 Ad X. dicendum, q̄ quantitati dimensio, quæ
 libet dimensio per se competit, & iō fm quæ
 que vnum corpus alteri equetur potest dici esse
 æquale: sed scientia quantitas quæ attenditur per
 numeros numerū scitorū est ei quali per accidens: ma-
 terialis, & præcipue q̄ in multis scitis est unum
 sciendi.

sciendi, secus enim esset si diversis rationib. cognoscerentur: sed illa quantitas quae est ex efficacia cognitionis, scientia per se competit: quia quantitas talis attenditur secundum exitum operationis intellectuales ab intellectuali virtute, & ideo non est simile.

Ad xi. dicendum, quod filius Dei non assumpsit omnes illos defectus, qui poterunt ei inesse sine impedimento humane redemptionis: sed hoc est verum quod illos tantum assumpsit, quorum assumpcio ad redemptionem humani generis competens erat. Et tamen quæcumque nescientia esset defectus, redemptio nem humani generis impediens: quia in redemptore per quem gratia & veritas per totum humanum genus diffundenda erat, requirebatur plenitudo gratiæ, & veritatis, cui quilibet scientia defectus præiudicare poterat.

Ad xii. dicendum, quod Christus per infirmitatem corporis venit infirmitatem anime sanare, quod consistit in defectu gratiæ & cognitionis, unde quamvis defectus corporales assumpsit, defectum tamen scientiæ & gratiæ nullo modo assumere debuit.

Ad xiii. patet solutio ex dictis. Ad xiiii. dicendum, quod quantitas extensio- nis, ut ex dictis patet, est scientiæ accidentalis, quæ tamen autem intentiva est ei essentialis, ut ex dictis patet, & ideo non est simile.

ARTICULUS V.

Utrum anima Christi sciat omnia illa, quæ Deus potuit facere.

Quæritur, utrum anima Christi sciat omnia illa, quæ Deus potuit facere. Et vñ quod sic, quicquidque scit maius, potest scire minus: sed Deus est maius, quam quicquid potest facere; quia quicquid potest facere, creatum est, ergo cum anima Christi cognoscat Deum, multo magis potest cognoscere quicquid Deus potest facere. Sed dicitur, quamvis Deus sit maius, tamen anima Christi est ordinata ad cognitionem Dei, non autem ad cognitionem omnium quæ Deus potest facere.

¶ 2 Sed contra, Deus quævis sit in se magis cognoscibilis quam aliqua creatura, tamen creatura est magis cognoscibilis quo ad nos quam Deus: sed quicquid Deus potest facere, est creatura, ergo anima est magis nata cognoscere quicquid Deus potest facere, quam ipsum Deum.

¶ 3 Præ. Anima Christi videt divinam virtutem, sicut & divinam essentiam: dñ autem quod videt essentiam totam, sed non totaliter, ergo videt virtutem totam & si non totaliter: sed non potest videti virtus tota, nisi videatur ad quæcumque potest se extendere, ergo anima Christi cognoscit omnia quæ Deus potest facere.

¶ 4 Præ. Quicquid Deus potest facere, potest manifestare: sed quicquid potest manifestari alicui creatura, Christo manifestatum est, ergo quicquid Deus potest facere, est manifestatum Christo.

¶ 5 Præ. Illud est cõicabile alicui, quod non dicit defectum in cõicante nec in eo cui cõicatur: sed conferre anime Christi omnium scientiam, quæ Deus potest facere, non dicit defectum aliquem in Deo, cum hoc ad maximam liberalitatem ipsius pertinere videatur, nec in anima Christi, cum ad maximam perfectionem eius pertineat: ergo hoc cõicabile fuit anime Christi, & ita fuit ei communicatum.

¶ 6 Præ. Si anima Christi nescit omnia quæcumque potest facere Deus, dato quod Deus illud faceret, anima Christi nesciret illud nisi de nouo addisceret: sed inconueniens est ponere quod anima Christi

A aliquid existentium ignoret, vel quod aliquid de nouo addiscat, ergo anima Christi scit omnia, quæ Deus potest facere.

SED CONTRA. Si anima Christi scit quicquid Deus potest facere, omne illud, quod Deus potest facere, ad animam Christi terminatur: sed anima Christi est finita, cum ergo Deus infinita possit facere, sequitur quod infinitum terminetur ad finitum, quod est impossibile, ergo & primum scilicet quod anima Christi possit scire quicquid Deus potest facere.

¶ 2 Præ. Sicut essentia diuina est infinita, ita & diuina uirtus: sed anima Christi non potest comprehendere essentiam diuinam ratione suæ infinitatis, ergo nec diuinam uirtutem, & sic non potest cognoscere quicquid Deus potest facere.

¶ 3 Præ. Quanto aliquid perfectius cognoscit ab aliquo, tanto in eo plura cognoscunt: sed Deus perfectius cognoscit seipsum quam anima Christi, ergo plura in seipso cognoscit quam anima Christi cognoscit in uerbo, sed Deus nihil aliud cognoscit in se, quod est, vel fuit, vel futurum est, vel potuit esse, vel fuisse, uel futurum esse, ergo anima Christi non cognoscit omnia ista.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc aliqui diuersimode opinati sunt, quidam enim dixerunt quod non solum anima Christi, sed quilibet anima uidet in uerbo quicquid in eo uideri potest, hoc est non solum ea quæ sunt uel erunt, uel fuerunt, sed quæcumque Deus potest facere. Qui quidem hoc decepti sunt, quia aestimabatur modum uideri res in uerbo, similem modum uideri res in speculo materiali, in quo imagines rerum secundum suam multitudinem & diuersitatem reseruantur. In Deo autem rerum rationes sunt unite & simpliciter, ut dicit Dionysius autem essent in eo per uiam multitudinis & diuersitatis, tunc omne quod in eo cognoscitur potest, eo uisio cognosceretur, & ita ab omnibus uidentibus Deum per essentiam omnia uidentur, quæ Deus potest facere, cum omnia ista in Deo cognosci possint; sed quia expresse aliquid Deum uidentibus per essentiam dicuntur aliqua nescire, sicut patet de angelis quorum unus ab alio illuminatur secundum Dionysium, inde est, quod quidam hanc perfectionem cognitionis non omnibus Deum uidentibus anime Christi solum attribuerunt, ut si sola ipsa sciret omnia, quæ Deus facere, sed quia non uidebatur conueniens, quod operatio infinita creaturæ finitæ attribueretur, nec hoc possit esse sine operatione infinita, ut omnia uideantur quæ Deus potest facere, id quidam dixerunt, quod anima Christi actu non uidet omnia, quæ Deus potest facere: uidet tamen in habitu. Ita enim perfecte uerbum cognoscit, ut quicquid uelit cognoscere conuertendo se ad uerbum, eius cognitionem in uerbo accipiat, quæ non semper omnia speculetur in actu, quæ in uerbo potest cognoscere: sed istud non uis uerum, quia anima Christi & quilibet beatus quantum ad uisionem beatam, qua uidet uerbum, & res in uerbo, non parit successione in intelligendo; quia secundum Augustinum in 14. de Trinitate patria non est uolubiles cogitationes. Vñ oportet ponere, quod anima Christi omnia quæ habitu uidet in uerbo, actu in eo uideat. Et huic cõsonat dictum Philo. quod uult felicitatem non esse secundum habitum tantum; sed secundum actum. Præterea, sicut est inconueniens ponere operationem creatam uiam extendentem se ad omnia, quæ Deus potest facere, ita est inconueniens ponere respectu eorum habitum creatum. Et ideo dicendum secundum alios, quod anima Christi non cognoscit omnia, quæ Deus potest facere, cuius ratio est, quia in cognoscendo duo sunt consideranda, scilicet id quod cognoscitur, & modus cognoscendi. In quorum uno cõtingit quandoque aliquos conuenire, qui in altero differunt, sicut cum unum & idem

Quæritur. dist. S. Tho. GGG 4 est

Cap. 5. de diu. nom. parum ante med.

Cap. 7. cele. hier. a med.

Cap. 16. a me dio, co. 3.

1. Ethl. c. 8. co mo 5.

est quod a diuersis cognoscitur, ab uno tamen mi-
nus & ab altero magis. Illud autem, quod per se of-
fertur ad cognoscendum, pertinet ad id, quod cog-
noscitur, quod autem in alio cognoscitur, pertinet
ad modum cognoscendi eius, in quo cognoscitur.
Sicut si aliquis cognoscat aliquod principium, &
in eo accipiat cognitionem aliquarum conclusio-
num, illarum conclusionum cognitio dependet ex
modo cognoscendi principium. Quanto enim aliq-
s principium perfectius cognoscit, tanto conclusio-
nes plures in eo intuetur: sed quantumcumq; de-
biliter principium cognoscat, semper substantia ip-
sius principij remanet ei cognita, & id eius cog-
nitio non determinat aliquem modum cognoscen-
di, sicut determinabat cognitio conclusionum, q-
in eo cognoscebantur. Et inde est, quod eorū qui
bus offertur vnum principium, oēs ipsam substan-
tiam principij cognoscunt, nō autem euales nu-
mero, vel easdem conclusiones: sed in hoc differūt
sicut & in modo cognoscendi principium; omnes
autem, qui Deum per essentiam vident, dicuntur
totam essentiam Dei videre: quia nihil est essentia
quod ab aliquo eorum non sit visum, cum essen-
tia diuina partem non habeat, non tamen omnes
eam totaliter vident: sed ipse solus se totaliter ui-
det, ut si modus cognoscentis adequetur modo rei
cognitæ. quanta enim est cognoscibilitas diuinæ
essentia, tanta est efficacia diuini intellectus in co-
gnoscendo, non autem hoc potest dici de aliquo
intellectu creato. Et ideo nullus intellectus creatus
pertingit ad hoc, vt ita perfecte videat diuinam es-
sentiam sicut ipsa visibilis est, rōne cuius nullus in-
tellectus creatus eā cōprehendere potest: sed inter in-
tellectus creatos unus alio perfectius diuinā essen-
tiam videt. Et ita patet, quod ex quo cognoscere ali-
quid in uerbo dependet ex modo cognitionis uerbi,
sicut impossibile est, quod aliquis intellectus crea-
tus pertingat ad perfectum modum cognoscendi
uerbum, vt cognoscibile est: ita impossibile est, ut
aliquis intellectus creatus cognoscat omnia, quæ
in uerbo cognosci possunt, & hæc sūt omnia quæ
Deus potest facere. Vnde impossibile est, quod ani-
ma Christi sciat omnia, quæ Deus potest facere, si-
cut impossibile est quod comprehendat uirtutem
diuinam. Tunc enim unaquæque res comprehen-
ditur, quando eius definitio scitur, definitio. n. est
virtus comprehendens rem. Cuiuslibet autem uir-
tutis definitio sumitur ex his, ad quæ uirtus se ex-
tendit. unde si anima Christi sciret omnia, ad quæ
uirtus Dei se extendit, comprehenderet omnino
uirtutem Dei, quod est omnino impossibile.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quicquid
Deus potest facere, est minus, quam ipse Deus, &
facilius posset ab anima Christi cognosci, si animæ
Christi per se offerretur quicquid Deus potest fa-
cere: sicut per se ei præsentatur ipse Deus: nunc au-
tem ea quæ potest facere Deus, uel quæ fecit, non
offeruntur animæ Christi in seipsis; sed in uerbo,
& ideo ratio non sequitur.

AD II. dicendum, quod semper illud per quod
alterum cognoscitur, se habet in ratione magis no-
ti. Et ideo quamuis secundum aliquem modum co-
gnoscendi, creatura sit magis nota quo ad nos, quā
Deus: tamen in illo modo cognitionis quo res uide-
tur in uerbo, ipsum uerbum est magis notum quā
res uisæ in uerbo. unde ratio non sequitur.

AD III. Dicendum, quod uirtus dupliciter con-
siderari potest, uel quantum ad ipsam substantiam
uirtutis, & sic anima Christi uidet totam diuinam

uirtutem, sicut totā essentia: uel quantum ad ea, ad
quæ se extendit uirtus ex quibus quantitas uirtutis
consideratur, & sic nō uidet totam uirtutem, quia
hoc esset comprehendere uirtutem, ut dicitur illi.

AD IIII. dicendum, quod sicut non potest esse
quod sit factum quicquid Deus potest facere, quia
sic Deus fecisset tot quos non posset plura, & sic e-
ius potentia esset limitata ad creaturas actu exis-
tes: ita nō potest poni, quod alicui creatura sit ma-
nifestatū quicquid Deus potest facere, uel manifestare.

AD V. dicendum, quod ponere animam Chri-
sti cognoscere omnia quæ Deus potest facere, im-
portat defectum ex parte ipsius Dei, si ipsum Deū
comprehendi ab anima Christi, quod derogat in-
finitati eius.

AD VI. dicendum, quod hoc modo oportet ad
hanc rationem respondere, sicut ad argumenta
de prædeterminatione. quamuis n. possibile sit cum q-
est prædeterminatus, damnari, quam cito tamen ponit-
ur esse damnatus, simul cum hoc ponitur nō posse
se prædeterminatus: quia ista duo non possunt simul
stare, quod sit prædeterminatus & damnatus. Similiter
dico quod cum anima Christi sciat omnia, quæ
Deus præuidit se facturum, simul cum hoc quod
ponitur Deum aliquid aliud facere, ponitur ad
Deum præuidisse se facturum, & animam Christi
illud scire. Et sic non est necessarium, quod ponamus
in anima Christi alicuius rei ignorantiam, uel
quod addidit de nouo.

ARTICVLVS VI.

Verum ea cognitione, qua anima Christi res in propria na-
tura cognouit, omnia sciat.

SEXTO queritur, utrum cognitione illa, qua ani-
ma Christi sciat res in propria natura, sciat om-
nia. Et ut quod sic, capacitas enim anima non de-
terminatur ad certum numerum scibilium. si igitur
capacitas animæ Christi per scientiam rerum in pro-
prio genere, sufficienter impleta est, oportet pone-
re quod sciat hanc scientiam omnia cognoscit.

¶ 1. Præ. Omne illud quod est in potentia, est im-
perfectum, antequam ad actum reducat: sed in-
tellectus possibilis qui animæ Christi non delectat, est
quo omnia est fieri, ut dicitur in 3. de Anima. ergo cum
intellectus Christi non fuerit imperfectus, uidetur
quod omnium intelligibilium notitiam habuerit.

¶ 2. Præ. Numquam pertinet ad perfectionem scien-
tia non posse proficere in scientia, nisi secundum scien-
tiam oīa cognoscantur; sed anima Christi quantum
ad habitum scientia; proficere non potuit sicut
communiter dicitur. ergo per scientiam qua co-
gnouit res in proprio genere, omnia cognouit.

SED CONTRA Anima Christi res in propria na-
tura cognouit per habitum scientia; creatum: sed
habitus scientia; creatus non potest esse similitudo
omnium. ergo anima Christi non potuit omnia
cognoscere, secundum istum modum scientia;.

RESPON. Dicendum, quod ista scientia rerum
in proprio genere ponitur in anima Christi, ut ex
dictis patet, ut nulla naturalium perfectionum ei
desse inueniatur. Et ideo tñ per hanc scientiam
sciuit, quantum naturalis animæ cognitio se exten-
dere potest, non solum in hæc uita, sed etiam post
mortem, eo quod Christus simul fuit secundum
aiam uiator & cōprehensor; sed quædam sunt, ad
quæ naturalis cognitio nullo modo se extendere potest,
sicut est ipsa diuina essentia, futura contingentia,
cogitationes cordiū, & alia huiusmodi. Et horū animæ
Christi non habuit scientia; p modū istū; sed cogno-
uit ea in uerbo, nō aut cognitione prophetia; quæ
pro-

prophetia est quadam imperfecta participatio illius visionis. qua videntur res in verbo, que cum in Christo perfecta fuerit, imperfectio a prophetie in Christo locum non habuit. patet et quod Christus hanc scientiam habuit plenioram quam Adam, quia Adam per hanc scientiam non cognoscebat substantias separatas creatas, Anima vero Christi cognoscebat. Ad hoc enim se extendit naturalis cognitio anime separate, non autem coniuncte corpori corruptibili.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod capacitas anime humane se extendit ad determinatum genus cognoscibilem: non autem ad determinatum numerum in illo genere.

AD SECUNDVM Dicendum, quod intellectus est in potentia ad omnia intelligibilia recipienda, que possunt fieri per intellectum agentem, de quo Philo. dicit, quod intellectus agens est quo est omnia facere: hanc autem sunt que a phantasmatibus abstrahuntur, & in quorum cognitionem devenire possumus per principia naturaliter cognita. & id ad hanc tantum intellectus possibilis est in potentia naturali. horum autem omnium per hanc scientiam Christus notitiam habuit. Vnde in eius intellectu nulla imperfectio fuit.

AD TERTIVM Dicendum, quod pro tanto Christus in hac scientia, quantum ad habitum proficere non potuit: quia talis scientia secundum rationem sui generis ad plura se extendere non potest, quam Christus per eam sciret: dicitur tamen in Evangelio sapientia proficisse quantum ad experientiam eorum, que habitu sciebat.

QVAESTIO XXI.

De Bono.

In sex articulos divisa.

- ¶ Primo, Vtrum bonum addat aliquid supra ens.
- ¶ Secundo, Vtrum ens & bonum conuertantur secundum supposita.
- ¶ Tertio, Vtrum bonum secundum rationem sit prius quam verum.
- ¶ Quarto, Vtrum omnia sint bona bonitate prima.
- ¶ Quinto, Vtrum bonum creatum sit bonum per suam essentiam.
- ¶ Sexto, Vtrum bonum creature sit in modo, specie, & ordine, ut dicit Augustinus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum bonum aliquid supra ens addat.

QVAESTIO est de bono. & primo queritur, vtrum bonum aliquid addat supra ens. & vtrum sic. unum quodque enim est ens per essentiam suam. Creatura autem non est bona per essentiam, sed per participationem. ergo bonum addit aliquid secundum rem super ens.

¶ 2. Præter. Cum bonum in ratione sua includat ens, & cum bonum secundum rationem distinguatur ab ente, oportet quod ratio boni addat supra rationem entis, sed non potest dici quod addat supra ens aliquam negationem, sicut unum quod addit super ens in diuisione, quia tota ratio boni in positione consistit. ergo positionem addit super ens, & ita vtrum quod aliquid realiter addit. sed dicendum, quod addit respectu ad finem.

¶ 3. Sed contra, secundum hoc bonum nihil aliud esset,

quam ens relatum: sed ens relatum concernit determinatum genus entis, quod est ad aliquid. ergo bonum est in aliquo vno predicamento determinato, quod est contra philosophum in 1. Ethic. vbi ponit bonum in omnibus generibus.

¶ 4. Præter. Vt potest accipi ex dictis Dion. in 4. c. de di. no. bonum est diffusiuum sui esse, ergo per hoc est aliquid bonum per quod est diffusiuum sui: sed diffundere importat actionem quandam, actio autem ab essentia procedit mediante uirtute. ergo aliquid dicitur esse bonum ratione uirtutis superaddite ad essentiam, & sic bonum addit aliquid supra ens.

¶ 5. Præter. Quanto magis receditur ab uno primo simplici, tanto maior in rebus differentia inuenitur: sed ens & bonum in Deo sunt vnum re & distinguuntur ratione. ergo in creaturis distinguuntur plus quam ratione, & ita distinguuntur re, cum supra distinctionem rationis non sit nisi distinctio rei.

¶ 6. Præter. Accidentaliter addunt realiter supra essentiam: sed bonitas est rei create accidentaliter, alias non posset bonitatem amittere. ergo bonum addit aliquid super ens realiter.

¶ 7. Præter. Omne illud quod dicitur per informationem aliquid, addit aliquid realiter super illud, eo quod nihil informatur seipso: sed bonum dicitur per informationem, ut dicitur in Commentariis in libro de Causis. ergo bonum addit aliquid super ens. sed dicendum, quod bonum determinat ens secundum rationem.

¶ 8. Sed contra, aut illi rationi respondet aliquid in re, aut nihil: si nihil, sequetur quod illa ratio sit casta & uana: si autem aliquid respondet in re, habet propositum, quod bonum aliquid addat realiter supra ens.

¶ 9. Præter. Relatio specificatur secundum illud, ad quod dicitur: sed bonum dicitur ad determinatum genus. sed ad finem. ergo bonum dicitur specificam relationem: sed omne ens specificatum addit aliquid realiter supra ens commune. ergo bonum addit realiter supra ens.

¶ 10. Præter. Sicut bonum & ens conuertuntur, ita homo & risibile: sed risibile quamuis conuertatur cum homine, addit tamen super hominem aliquid realiter. scilicet ipsam hominis proprietatem, que est de genere accidentium. ergo & bonum realiter addit supra ens.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit, quod in quantum Deus est bonus, sumus: & in quantum sumus boni sumus. ergo uideretur quod bonum non addat aliquid super ens.

¶ 2. Præter. Quaecumque ita se habent, quod unum addit super alterum re vel ratione, unum eorum potest intelligi sine altero: sed ens non potest intelligi sine bono. ergo bonum non addit super ens nec re nec ratione. probatio media. plus potest facere Deus, quam homo intelligere: sed non potest facere Deus aliquid ens quod non sit bonum, quia hoc ipso quod est a bono, bonum est, ut patet per Boetium in libro de Hebdomada. ergo nec intellectus potest intelligere.

RESPON. Dicendum, quod tripliciter potest aliquid super alterum addere. Vno modo, quod addat aliquid rem, que sit extra essentiam illius rei, cui dicitur addi: sicut album addit super corpus, quia essentia albedinis est præter essentiam corporis. Alio modo dicitur aliquid addi super alterum per modum contrahendi & determinandi, sicut homo addit aliquid super animal, non quidem ita quod sit in homine alia res, que sit penitus extra essentiam animalis, alias oporteret dicere quod non totum, quod est homo, esset animal, sed animal esset pars hominis: sed animal per hominem contrahitur, quia id, quod determinate & actualiter continetur in homine, implicite & quasi potentialiter continetur in ratione animalis. sicut est de ratione hominis quod

Clrea prin.

Idem doctrin. Chr. c. 3. c. 6.

In lian orne quod est bonum sit, a medio.